



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Velvti Totidem Ramos
Distributa

Illsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCXCVII. Continuatio ejusdem Historiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

vellet nos præterire, ac deserere; & quamvis nobis auxilio suo præsens sit, hoc ipsum tamen à nobis non agnosci. Ne ergo in hujusmodi casu animo cadamus, sed credamus Prophetæ Habacuc dicenti: C. 2. v. 3. *Si moram fecerit, expecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit.* Sicut enim Christus tandem venit ambulans super mare; sic tempore, & modo aderit nobis, quo minimè fieri posse putabamus. Itaque constanti Fiducia clamemus ad ipsum, & in tempore necessitatis loquetur nobis ad cor, manifestabit nobis suam Præsentiam in tribulatione, & pellet omnem timorem & tempestatem.

PUNCT. III. *Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni.* Matth. 14. v. 28. Hinc patet, quantam Fiduciam præstet cognitio Divinæ Præsentia, ut tribulationum, ac tentationum procellosum mare non tantum non timeamus; sed ultrò petamus in illud immiti. Præterea colligitur, quàm hoc desiderium placeat DEO, per illud ad se nos vocanti, & danti simul virtutem, innoxio pede veniendi.

MEDITATIO CCXCVII.

Continuatio ejusdem Historiæ.

PUNCTUM I. *Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad JESVM. Videns verò ventum validum, timuit, & cum cepisset mergi, clamavit dicens: Domine salvum me fac.* Matth. 14. v. 29. Vide, quanta sit Gratia & efficacia Divinæ Vocationis, adeo ut ea adjuvante etiam illa, quæ vires nostras superant, mox

mox effectui dare possimus (si DEVS ad similia n
 vocet) & sicco etiam vestigio aquas pertransire, m
 dō firmā Fiduciā Divinæ Gratiæ nitamur; tant
 enim possumus, quantum illi confidimus: unde t
 tūm ob defectum Confidentix Petrus cæpit mer
 quod ipsum tamen considerandum est, profuisse
 tro, ut ex hac inchoata mersione suam infirmitate
 agnosceret, & Christi Auxilium ardentius invocaret.
 Sic etiam bonum est Justis, si periculosè illos DEVS
 tentari permittat, & in venialia peccata labi sin
 ut incipiant mergi. Sic namque & ipsi suam infir
 mitatem agnoscunt, atque indigentiam Divini Aux
 lii; idque majori cum Humilitate, & fervore petunt
 dicentes singuli: *Domine, salvum me fac.*

PUNCT. II. *Et continuo JESVS extendens manum
 suam, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei, quare
 dubitasti? Matth. 14. v. 31.* Ecce DEVS similiter auxilium
 tem Manum continuo, sive statim extendit, quantum
 mūm opem illius inclamamus: & nos tamen ad ipsius
 Vocem, & Imperium exequendum tardè manum
 tendimus. Tardè etiam Opem illius invocamus, ubi
 bus nostris vel creatis subsidijs confisi. Parum etiam
 grati & memores sumus, quòd in Cruce Manus
 Pedes extenderit, vel crudelissimè extendi sibi pe
 miserit, & apprehenderit nos, ne periremus
 num. Et nos tamen pro nostra Salute sæpe petimus
 extendere manus ad Opus bonum, vel ad DEVM. Con
 sidera, etiam S. Petrum Christo, dubitationis causa
 requirenti, non ausum esse respondere: Quia in
 ventum validum: nulla enim difficultas vel pericu
 lum sufficiens causa est diffidentix erga DEVM.

PUNCT. III. Considera, quomodo S. Petrus
 pra

stati sibi auxiliij experienciâ, & ex reprehensione suæ prioris diffidentiae profecerit. Nam cum Christus post Resurrectionem ex ingenti captura piscium à S. Joanne agnitus fuisset in littore stans, & Joannes, ut ipse refert c. 21. v. 7. dixisset: *Dominus est; Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.* Ecce non amplius expectat jussionem vocantis, nihil dubitans de Voluntate Christi, ad juvandum paratâ, nihil metuit, sed plenus Fiduciâ rursus ambulat super aquas. Sic ex prioribus tuis defectibus, & reprehensionibus illorum stude in eorum oppositis Virtutibus proficere, & temetipsum emendare. Sic etiam per experientiam Divinæ erga te Providentiæ, Bonitatis, Auxiliorum, & Gratiarum firmam in DEVM Fiduciam concipe.

MEDITATIO CCXCVIII.

Continuatio ejusdem Historiæ.

PUNCTUM I. Considera fructum ex superata tempestate, & ex Christi Præsentia ab Apostolis relatum. Dicit enim S. Marcus c. 6. v. 51. *Et ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus: & plus magis intra se stupebant: non enim intellexerunt de panibus: erat enim eorum obcæcatum.* Addit S. Matthæus c. 14. v. 33. *Qui autem in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum, dicentes: Verè Filius DEI es.* Itaque per experientiam suam didicerunt Apostoli, quàm periculosum sit, esse procul à Christo; quàm securum autem, & tranquilum sit, secum habere Christum in navicula cordis,

N vel